



## CAPVT I.

### *Historia & genealogia ARCHIDVCVM AVSTRIAE.*

#### §. I.

**G**entis, quae nunc a fede, quam in Austria fixit, AVSTRIACA audit, origines ortusque ex alia esse regione adducendos, per incorrupta monumenta satis exploratum habemus. HABSBVRGIACVM enim comitatum hanc familiam tenuisse, cum An. Chr. cīc cc LXXII. conditor eius, RVDOLFVS, imperii nostri caput eligeretur, indubia scriptorum fide scimus. Neque ambigi quid illud habet; quod patris tunc autoritas tantum apud imperii proceres valuerit: vt Austriae Marchionatum atque Ducatum Sueviae, vtriusque stirpe per idem tempus extincta, duobus filiis, istum quidem primogenito ALBERTO, hunc natu secundo RVDOLFO, felici accessionis auspicio conferrent. Per quod illud effectum est, vt ALBERTI familia, aucto HABSBVRGIACO comitatu relicto, in *Austria* confederit, titulo etiam novae regionis, vtpote digniori, exinde adsumto.

*Dicūm ab initio de illustrium familiarum migrationibus in Germania (a): deinde quatuor viae ostensae, per quas a tenuibus initiis ad altiora fastigia iuerint gentes (b): regula simul commenda, a sapiente principe facta; id a quolibet cogitandum, vt*

A 2

rem

(a) Sic Porussica domus principio in Suevia agro Hohenzollerano praefuit: inde se contulit in Franconiae tractum Noribergensem: post marchiam accepit pagum Vandaliae: tandem prima ei facta est Regnum Porussiae extra imperium.

(b) Matrimoniis; bellis; beneficiis; pactis successoribus.